Actum in Castro Premissiensi Feria Secunda pridie Festi Transfiguraonis Christi Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Octauo Ano. Ossolinski et Drohoiowscy Roborat.

57/VIII

Coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premislien praesentibus comparentes Magnificus Nicolaus de Tarnow Ossolinski ab una et Generosi Andreas atque Franciscus Drohoiowscy Fratres inter se germani olim Generosi Joannis Samuelis Drohoiowski Venatoris Nurensis filii et successores Legitimi ab altera partibus sani mente et corpore existentes a Terris Dictibus fore Juribus Jurisdictionibus suis quibuscumque propriis et competentibus recedentes praesenti vero Castren Premislien Jurisdictioni quo ad vim actus praesentis attinet se cum successoribus bonisque suis generalibus omnibus totaliter et plenarie subijciendo atque incorporando palam libere publice ac per expressionem recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit Quia ipsi sibi mutuo et inuicem una pars alteri cum posteris utriusque partis se ac suos successores in et super bonos suis generalibus omnibus ac summus pecuniarum quibuscumque habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus Interessam certam inter se Recognoscentes Ratione certarum rerum et Conditionum in eodem Interessa contentarum de Actu et data illius hic Premislie die Tertia Mensis Augusti Anno praesenti cum simplici manibus Recognoscentes ab utrinque subscriptis in omnibus et singulis eiusdem Interessae Conditionibus punctis clausulis Articulis Vadio Ligamentis ac nexibus generalibus universis fuerunt

[illegible]

firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omni
busque et singulis illius contentis tam in parte quam in toto to
ties quoties opus fuerit satisfacere Intersimam praefatam
ad Inscriptionem praesentem roboratoriam et Inscriptionem praesentem
ad praefatam Intercisam vicissim in toto referendo Idque sub Va
dio Octo Millium florenorum polonicalium per partem parti cum
Successoribus utriusque partis ob non completionem contentorum
Intercisae praefatae omnium et singulorum tam in toto quam in par
te toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo Pro
quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac re
aliqua principali ex contentis Intercisae praefatae non comple
ta complenda citata existens Pars una praemissa non tenens
sive illius Successores ad instantiam partis alterius praemissa te
nentium vel eius posterorum ad officium Castren Capitan Lomren
ere tunc recessit supra sententiam quo ad respondendum et Inscriptionem huic sa
tisfaciendum in primo citationis termino tanquam peremptorio semper
stare Juri parere respondere Vadium praetactum luere Inscriptioni
praesenti satisfacere omneque iudicatum pati debebit et tenebitur
Leg ac successores suos ad eadem omnia obligat. Eundem
primum terminum peremptorium et alios omnes consequentes causae e
iusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori Mi
norennitate successorum Legatione intra vel extra Regnum Servitio
Militari ad munimenta ad Evictorem vel alios quibusvis dilationibus
et Legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra praemissos
terminos officii illius Lomren Capitan dilationem sibi non reci
piendo nullasque motiones appellationis ac earum prosequutiones faci
entes praemissa Tamque omnia Poenae simplicibus vel Incassationis

suspensae

Suspensionibus fatalis Juris praescriptione Terrestri bello Con-
ventionesque vel alias quibusvis Juris remediis et defensionibus non sub-
terfugiendo neque quovis modo evadendo Hac sua praesentia personali
Recognitione ad praemissa mediante.

Drohoiowscy Ossolinskiemu
Donant:

Comparentes praesentes Coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan.
Premislien. Gnosi Andreas et Franciscus Drohoiowscy fratres
inter se germani olim Gnosi Joannis Samuelis Drohoiowsky Re-
natorum Nuncupatorum olim Gnosi Martini Nicolai Drohoiowski bonorum
Villae Woytycze et Lutowiska et aliorum eo pertinentium haeredes fra-
tres germani filij et successores Legitimi et unici sani mentibus et
corporibus existentes a Terrestris Dictis Foro Juribus Jurisdictionibusque
suis quibusvis propriis et competentibus recedentes praesenti vero Terrestri Pre-
mislien. Jurisdictioni quoad Voni actus praesentes attinet se cum Successoribus
bonisque suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie subjicientes atque incorpo-
rando palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet
illorum seorsim suo pro interesse recognovit Quia ipsi bona sua in
Praesora haereditaria videlicet totam et integram Medietatem supra scri-
ptorum bonorum Villarum Woytycze et Lutowiska in Terra et Districtu
praesenti Premislien. iacentia et consistentia Cum Curia et praediis ibidem
sitis post fata sterilia praedicti olim Gnosi Martini Nicolai
Drohoiowski in Memoratum Patrem sui Recognoscentes iure divino
et naturali Successione devolutae Cum omni praemissorum Jure dominio
proprietate haereditate tituloque haereditario Cumque omnibus et sin-
gulis eorundem bonorum medietatis praefatae utilitatibus fructibus proventi-
bus redditibus emolumentis commodis obventionibus Agris pratis Cam-
pis pascuis Silvis Bonis gais Nemoribus indaginibus rubetis Re-
pretibus